

fessionem nostri temporis symbolum esse Apol. Con-  
judicamus, quo reformatæ nostræ Eccle- P. 151.  
siæ à Romanensibus, alijsq; rejectis &  
damnatis sectis & hæresibus seiunguntur.

125. *Maximum ergò discrimen inter scripta* For. Conc.  
*Prophetarum & Apostolorum, quæ vocamus Bi-* Lat. p. 617.  
*blica: & inter symbolicum hunc libellum constitu-* Apol. Con.  
*imus: ut qui non αὐτόπιστος, sed eatenus fidem* fol. 150.b.  
*& assensum in Ecclesia meretur, quatenus cum*  
*sacro illo ac θεοπνεύτω Canone per omnia con-*  
*cordat.*

126. *Quin imò ne huius quidem nostri symboli*  
*autoritatem cum veteribus illis symbolis æquari*  
*posse, ipsi statuimus: quippè quæ ab Universali*  
*Ecclesiâ fuerunt recepta, & approbata: hoc verò*  
*particularis duntaxat Ecclesiæ Confessionem*  
*proponit.*

127. *Qua de causa amplissimi etiam Protestan-* Apol. Con.  
*tium status, qui indè ab Anno 30. Augustanæ* fol. 151.  
*Confessioni subscripserunt, nunquam conati sunt,*  
*publica hac sua Confessione reliquis exteris na-*  
*tionibus quicquam sive præscribere sive præiudi-*  
*care: nedum easdem ad hoc Ecclesiarum nostra-*  
*rum symbolum amplectendum, vi quadam aut*  
*malis artibus cogere, & sic alienæ dominari fidei:*  
*sed semper & omnibus (suis tamen Ecclesiis excep-*  
*tis) liberum reliquerunt, illinè subscribere, & à*  
*suis stare partibus, an verò propriam & peculia-*  
*rem fidei Confessionem edere & exhibere mallent.*

*Cuius*